Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

37. Alios prudenter corrigere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

acerbos & crudeles exactores & præfectos facultatibus & ſanguine innocentium hominum ſaginas, quorum cæca cupiditate & aſperitate fit, tenuiores vt à potentioribus perinde quaſi à lupis diripiantur & opprimantur.

Proceres Regem dignitate priuarunt.

Signvm XXXVII.

Alios iuxta legem diuinam prudenter, & cum lenitate, modeſtia & humanitate corrigere.

SAn. Bernardus, cum eſſet Abbas vel Præpoſitus ſui monaſterij, dicebat: Quoniã in multis offendimus omnes, mihi tacere non licet cui ex officio incumbit peccantes arguere, magis autem vrget Charitas: San. Auguſtin. (in Enchir. ad Laur.) correctio ex charitate profecta ſpiritualis eſt eleemoſyna.

Leu c 19. v 17. Syr. 19. v. 13. Ser. 42 in cant. Ezech. 38. v 8. Væ & c. abiectum non redux. c. 8. v. 8. Fode.

Hinc boni Prælati diligenter in ſubditos delinquentes inquirunt, vt paſtor in oues aberrantes vel ſcabioſas. Et palam delinquentes etiam cum deliquerunt palam arguunt idque propter aliorum exemplum, iuxta illud: 1. Tim. 5. v. 20. *Peccantes coram omnibus argue vt & cæteri timorem habeant.* Et illud Gregorij in Regiſtro: *Manifeſta peccata non ſunt occulta correctione purganda, ſed palam ſunt arguendi, qui palam nocent, vt dum aperta obiurgatione ſanãtur hi, qui eos imitando deliquerant corrigantur.*

Non autem increpando ſed monendo leniter & congemiſcendo eos ad emendationem vitæ

inui-

inuitát, iuxta illud pſ. 140. v. 5. *Corripiet me in iuſ[…]*
miſericordia; Et illud ad Gal. 6. v. 1. *Si præoccupa[…]*
fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſti[…]
iuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Et 2. ad Tim[…]
24. *Seruum Domini non oportet litigare, ſed man[…]*
de modeſrat in diſp. adhibenda *tum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum mo[…]*
corripientem eos qui reſiſtunt veritati; S. Gregor[…]
zian. ait. Chriſti diſcipulus es mitis & hu[…]
infirmitateſque noſtras portantis. Si primum
luctetur, leniter expecta; ſi ſecundo, ne anim[…]
deſpondeas, nondum enim curationis tem[…]
effluxit; Si tertio, benignum illum & human[…]
præditum agricolam imitare, Dominum a[…]
precare, ne infructuoſam ficum excidat, ve[…]
conuertat & curet.

ho. 3 ad po. Anti. S. Chryſoſt. *vis fratrem corrigere? lacryma[…]*
Deum ex corde apprehenſum admone, conſule, e[…]
tare; Sic Paulus faciebat. Demonſtra charitatem[…]
2. Cor. 12. v. 21. *peccatorem, perſuade ipſi quod conſulens & iuran[…]*
peruulgare volens peccati ipſum commonefacis. […]
1. Cor. 1. v. 20. *prehende pedes, oſculari ne erubeſcas, ſi modo m[…]*
vis. Hæc & medici faciunt ſæpe difficiles ægrot[…]
Non libenter ſectionibus & cauteriis vtendum. *bentes, deoſculantes, rogantes perſuadent ſalut[…]*
ſumere medicinam.

Hom. 7. *Ipſe Deus Adamum manſuetiſſime […]*
ripuit; Sanct. Ambroſius lib. 8. in Luc. cap[…]
Plus proficit amica correptio, quam accuſatio […]
bulenta, illa pudorem incutit, hæc indignatio[…]
mouet.

Collat. 2. c. 13. Ioan. Caſſianus Chryſoſtomi diſcipulus […]
emplum commemorat de monacho qui acr[…]
increpatione patris ſpiritualis in deſperation[…]
adactus eſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cum tamen lenior correctio parum profuturum creditur, vſurpant duriorem, ſed ex charitate, animo dilectionis non vltionis, vt loquitur Auguſt. in Pſal. 102. Nouerunt enim Heli ob omiſſam duriorem in filios animaduerſionem 1. Reg. 2. grauiter à Deo caſtigatum eſſe. Et quia Paulus hunc modum præſcribit Timotheo & Tito.

2. Tim. 4. v. 2, Tit. 1. v. 13. c. 3. v 10. vinum oleo iunge. Luc. 10.

SIGNVM XXXVIII.

Concordiæ in omnibus rebus ſtudere.

APoſtoli poſt Chriſti aſcenſionem, Catholicæ fidei conſulturi, antequā in orbis prouincias proficiſcerentur, quid ſinguli eſſent prædicaturi gentibus, ne vlla ex parte aliqua vel apparens inter eos in annunciatione Euangelii diuerſitas eſſet, quoſdam fidei Canones, quibus vniuerſam Chriſtianam fidem perſtringentes firmarent ac ſtabilirent, conſtituerunt, quos proprio nomine Dei Eccleſia nominare conſueuit *Symbolum Apoſtolorum*, vel quod ſinguli ex eis ad perficiendum attulerint ſuum Symbolum, vel quoniam, qui Chriſtiani eſſent, eo Symbolo, velut teſſara militari, dato, dignoſci poſſent. Ruffinus in præf. expoſ. Symb. Apoſt. ait: *Diſceſſuri Apoſtoli ab inuicem, normam prædicationis in commune conſtituerunt, ne forte alii ab aliis abducti, diuerſum aliquid his qui ad fidem veniebant, exponerent.* &c. Et: *Diſceſſuri ad prædicandum, iſtud & vnanimitatis & fidei ſuæ indicium Apoſto-*

Mar. 16. Baron an. Chr. 44.

Diſcordiæ pœnas v. in theatro vindictæ diuinæ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN